Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.

Wien, 1794 Seite 3021

Quelle:
Copyright:

ferliezzi. unde be mineru chindesgi geburidi. ſo mir iz ſtafanti geburiti. ſo uuachandi. ſo ih iz ſelbo gefremidi. oder anderemo gebanchi. oder anderen geſpuoni. ſo ih es gebuge. ſo ni gebuge. ſo ich es gedabti. oder geſabi. oder ih iz gedadi. oder geſprachi. ſo uuirdon ih es alles bigihdig gode almahdigen. unde allen godes heiligon. unde thir godes manne. Nota, ſingulas in Codice voces interpunctas eſſe, quod ad linguam Scripturae nondum ſatis patientem referendum videtur. *Fol.* 34. ſequuntur: ulterior *Ritus* excipiendae Confeſſionis Infirmi, et extremae Unctionis, qui admodum prolixus eſt, *Miſſa quando anima in agone exitus laboret, Obſequium circa Morientes*, Ordo Sepeliendi, cujus primum folium excidit. Deinceps *Exorciſmus* et *Benedictio Salis* et *Aquae*, Orationes *in Sacrario, in domo infirmorum, in promptuario, in refectorio, in coquina, in dormitorio, in piſali*, quam vocem *Cangius* in *Gloſs.* Veſtiarium interpretatur, reipſa autem Hypocauſtum aut locum *pinſendi* panes, *Pinſale, Piſale*, notat, ut liquet ex ipſa Oratione, in qua dicitur:

Victori mortis inclita
pangamus laude gloriam

Cum patre et ſancto ſpiritu
qui nos redemit obitu &c.

Orationes Contra Demoniacum, multae et variae, in quarum una enumerantur omnes Partes corporis, e quibus malus Genius faceſſere jubetur; additur *Impoſitio manuum* et *Unctio Olei ſuper Demoniacum. Fol.* 95. p. 2. *Qualiter ſacerdos ſuſcipere debet penitentem.* Inſertum eſt Examen Poenitentis cum ſatisfactione ſingulis

ut domus haec careret aliquando frigore a uicinitate ignis, unde in *Sacramentario Gregoriano* apud *Muratorium* recte *Oratio in Caminata* inſcribitur, *in Scriptorio, ante Januas Aecleſiae, in Baſilica, in diuerſis Domibus. Miſſa Sancti Sigismundi pro Febribus, Benedictio Aquae cum ligno ſanctae crucis*, item *Salis, Benedictio ſalis et aquae contra fantaſiam ſatanę, Oratio ſuper lignum crucis et aquam*, quae contra febres dirigitur; in ultima Adjuratione ei ſubjuncta, quae incipit: *Adiuro vos frigores et febres* &c. haec ἀλογα et ſuperſtitioſa leguntur: *Anula Sinula Adea. Fol.* 71. ſuccedit: *IIII. Non. Febr. Ypapanti. Ad Sanctam Mariam Ad Collectam. Inprimis Benedictio Candelarum.* Dein *Dom. In Palmis Ad Sanctum Johannem In Lateranis — Benedictio Palmarum Vel Aliorum Frondium. Uerſus. In Cena Domini. Et Paraſceue. Et Sabbato Sancto. Uerſus Flauii Ad Mandatum*, i. e. Lotionem Pedum. Ignoro *Flavium*, ni ſcribendum fuerit *Flacci*, intelligendusque *Alcuinus*. Hoc motus dubio initium adpono: